DE

VOLVULO,

ADIECTA MORBI HISTORIA.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XXII. MENS. JUNII A. MDCCCXXXIX.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENSURUS EST

AUCTOR

EWALDUS WOLFF

SILESIUS.

OPPONENTIBUS:

J. F. SIMON, PHILOSOPH. DR.

C. BERG, MED. ET CHIR. DR.

H. HODDICK, MED. ET CHIR. CANDID.

BEROLINI

TYPIS REIMERIANIS.

VIRO

CELEBERRIMO, EXPERIENTISSIMO, AMPLISSIMO,

J. L. TRUESTEDT,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, PROFESSORI MEDICINAE P. EXTRAORDINARIO IN UNIVERSITATE LITERARIA FRIDERICA GUILELMA, REGI BORUSSORUM A CONSILIIS MEDICIS INTIMIS SUPERIORIBUS, SUPREMI COLLEGII AD REGENDAS RES SACRAS ET MEDICAS ET INSTITUTIONEM PUBLICAM SODALI, MEDIC. ET CHIRURG. IN UNIVERSITATE POLICLINICI DIRECTORI, COLLEGII EXAMINUM HABENDORUM SUPREMI MEMBRO, ORDINIS AQUILAE RUBRAE CUM LEMNISCO IN CLASSE TERTIA ET CRUCIS FERREAE EQUITI ETC. ETC.

PRAECEPTORI ET FAUTORI

SUMME COLEDNO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIA

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTO

PROOEMIUM.

Unde in rebus medicis ad dissertationem concinnandam ordirer, valde mihi haesitanti, non propter rerum ad scribendum idonearum inopiam, sed propter abundantiam, casus morbi sese obtulit, qui omnino aptus apparuit satisque dignus, ut in lucem proferretur. Qui quamvis, quod attinet therapiam, nec quidquam forsan contineat magni momenti, neque utilitatis, tamen adeo est rarus tamque singularis morbus, ut evulgatu indignum non habeam, quum sectione rite instituta inventa sint notabiliora, quam quae silentio praeterire possim. Qua occasione lubenter sum usus, ut Gratiosae facultatis medicae desideriis respondeam, dissertationem scripturus. A lectoribus autem benevolis, ut hoc meum opusculum uti tirocinium, non magistri praeceptorisve opus, peto dijudicent. Quod quidem si non indignum lectoribus videatur, neque utilitatis quidquam non adferat, erit profecto, quod mihi quam maxime gratuler.

INDEX.

Cap. I. DEFINITIO MORBI.

Sicut de omnibus fere morbis, ita de volvulo omni mpore varie judicatum atque existimatum est. — Sunt ulti, qui quemque stercoreum vomitum, per aliquod mpus durantem, alvo obstructa, volvuli nomine signi-ent, eumque ab ileo non discernant. Sic perhibet *urserius* [1]): si vero alvus ita obstruatur, ut ea, quae r anum excerni deberent, sursum redeant, ac vomitu pellantur, cum plerisque recentissimis morbum *Εἴλεον*, re *iliacam passionem*, sive *volvulum*, sive etiam, ut rbari loquuntur, *miserere mei*, appellamus. Ita *Mor-gnius*, *Hallerus*, *Blancardius*, nec non plurimi saeculi perioris medici. Ab aliis ei tantum ilei generi nomen lvuli tribuitur, cujus causa praeternaturalis intestinorum gularium situs, motu abnormi inductus, existit. Itaque nis morbi species, vel intestinorum invaginatione, vel tis intestinalis intra ventrem per aperturam aut nor-lem aut morbo effectam transitu, vel denique vera estinorum implicatione orta, si contentorum per tubum estinalem transitus erat impeditus, volvulus vocatus . — Jam vero plurimi illarum diversarum quamque

---

1) Burser. institut. med. practic. Tom. IV. p. 344.

nomine vocant specierum, easque distinguunt in int
norum invaginationem, in herniam internam, in volv

Varias formas, in quibus intestinorum convoluti
jam observata est, vel omnino fieri potest, si vis divi
forsan duae proponi possunt species:

1. Adhaesio, aut secundum normam sibi apposit
intestinorum, aut praeter normam confertorum. Qu
longius permanet, motus peristalticus diminuitur, ind
contentorum per tubum intestinalem transitus retar
ac sensim canalis lumen coarctari imo impervium
potest, ut *Acrelius* [2]) apud hominem, hebdomade
post herniam inguinalem incarceratam operatione fel
curatam, ex vitiis diaeteticis mortuum, intestini
prius prolapsae membranas invenit tam crassas call
que, uti corium taurinum, ejusque diametrum ade
gustam, ut penna anserina vix posset penetrare.
pissime vero adhaesio ad aliarum intestini partium
volutionem vel implicationem praebet occasionem,
quidem constringi atque incarcerari possunt. Qua
haesiones plerumque nobis occurrunt in saccis hern
Meckelius [3]) apud hominem hydropicum, qui in ut
latere vacuum habuit saccum herniosum in region
guinali, in septem intestini tenuis locis vidit adhae
herniarum ambarum magnitudini respondentes. *Ma*
Hall [4]) duas intestini partes crescendo eodem mod
nexas se invenisse contendit, tanquam pollicis indi
apices sese tangant. Quo laqueo ita composito al

---

[2]) chirurg. Geschichte, 1772, p. 165.

[3]) Meckel's Handbuch der patholog. Anatom. Bd. II., p. 38

[4]) A. Cooper, anatom. Beschreibung und chirurg. Behandlu
Unterleibsbrüche. Aus d. Engl. Weimar 1833. p. 214.

estini pars pressa atque incarcerata fuit. Similem casum *1. Cooper*[5]) tradit in praelectionibus.

Huc quoque illud pertinet, si intestini coeci processus vermiformis cum adjacentibus partibus intestinorum oalescens annularem format laqueum, per quem aliae artes intestinales demitti possunt. Ita egregium commemorat *A. Cooper*[6]) praeparatum, in publico nosocomio *Guy* asservatum, ubi satis notabilis intestini coeci portio rocessu vermiformi incarceratur. Etiam intestinales ilei ppendices non rarae, diverticula sic dicta, eidem incarerationi praebent occasionem, ut narrat *Moscatius*[7]): „Homo plane validus sanusque, inquit, legumine immodice umto, omnibus herniae incarceratae symptomatibus, nisi t alvi solutio omnino non esset impedita, oppressus, iebus quinque praeterlapsis defunctus est. Fere omnia ntestina inventa sunt inflammata, praesertim intestinum eum, partim valde nigrefactum, partim callosum. Quod ntestinum duos circiter pedes supra finem inferiorem in uos sese divisit ramos, quorum alter maximus fuit proessus ipsius intestini, quadrifariam se convertit, ac dulicem formavit laqueum, in intestinum coecum se coninuantem. Alter ramus minor, quinque circiter pollices ongus, formam habuit infundibuli similem atque in parum exiit ligamentum, quod circum laqueos illos, praeereaque circa mesenterii partem se convolvit eaque onstrinxit. Intestinum constrictum in duobus ruptum uit locis.“

---

[5]) A. Cooper's Vorlesungen über Chirurgie, aus dem Engl. von Dr. Schütte, T. II., p. 157.

[6]) ibidem.

[7]) Memoir. de l'academ. de chirurg. T. III., p. 468.

2. Volvulus oriens membranis ac ligamentis re formatis, intestinorum partes inter sese conjungent vel laqueos constituentibus, per quos intestina prolab ac coarctantur. Ita *Hevinus* [8]), *Prochaska* [9]), *Lob nius* [10]) laqueum invenerunt inter mesenterium inte intestinum tenue. — *Monrous* [11]) casum tradit descr que, quo coecus ab intestino praeter normam ortus cessus, inferne ligamento colligatus, intestini tenuis tem constrinxit. — *Duevignaud* [12]) et *Louis*, disquire hominem ileo defunctum, duos pedes duosque poll longam intestini portionem ligamento quatuor pollices lo quod ab intestino coeco, quasi processus, descendens mesenterium ita sese habuit, ut inter ejus fines trig pollices longa esset portio intestini tenuis, constric invenerunt, eoque inflammatam ac gangraenosam.

Quod denique attinet veterum sententiam, intes laquei instar convolvi posse, neutiquam id fieri po jam dudum confirmatum est; quamvis *Morgagnius* narrat, hujus modi intestinorum implicationem, mesent ab intestino dissoluto, re vera existere.

---

[8]) Voigtel, Handb. d. patholog. Anatom. Bd. II., p. 564.

[9]) Annal. académ.

[10]) Meyer, dissertat. de strangul. intest. in cavo abdom. Argent. 1

[11]) on crural hernia in Langenb. chir. Bibl. Bd. I. p. 839, mor anut of the gullet. p. XX.

[12]) memoir. de l'acad. de chirurg. T. IV., p. 236.

[13]) Joh. Bapt. Morgagni de sedib. et caus. morb. T. II., Lib. III. p. 1 „Ex his, quae in utramque partem expendimus, licebit telligere, ad ea, quae in volvulo contingunt, ardua praeser nec satis adhuc perspicua, explicanda, haud facile ullam babilem causam omnino esse abjiciendam. De causis aut quae obstaculum offerunt materiae per intestina descendenti forte ex me quaeris, utrum illam celebrem olim horum con

Cap. II. SYMPTOMATA MORBI.

Quum volvulus, exorto subito contentorum per calem intestinorum descendentium obstaculo, itaque con-ictione, nascatur, morbi prodromi adesse non possunt, si forte transitorios quosdam morbos, non raro volvulum mmoventes, uti intestinorum spasmum, creberrimam lvuli causam, prodromis velis adnumerare. Majori forn jure prodromos appellabimus illa molimina, quae instinorum adhaesiones, vel immediata superficierum con-etione, vel ligamentis ac pseudo membranis modo ortis, terdum jam diu ante morbum declaratum, incitant. iamvis in plurimis casibus, saltem satis saepe, accidit, tales adhaesiones vita durante vel minima, vel omnino lla commoveant molimina, atque si ipsa, recens orta, quando impediant functiones, hae ita soleant reviviscere nsim sensimque, ut dubius haereas, numne jam ipsa usa sit sublata. Cujusmodi insignia occurrunt exempla aliis quoque corporis partibus: praesertim pleura costali m pleura pulmonali coalescente, qui quidem non rarus t pleuritidis exitus. Quae pleurae si permagno inter sese haerent ambitu, primum quidem non parva existunt re-rationis impedimenta, attamen tempore leniuntur illa

sionem unquam invenerim, aut saltem intus, ut vocant, susceptionem, quae vel saepius est etiam, in neutram sic quidem, ut postea explicabo, adhuc me incidisse fateor. Non tamen propterea; quod ad primum attinet; ullum ex descriptis ejus generibus suspectum mihi est, nisi quod salva mesenterii cum intestinis connexione intelligi non potest. Altera autem, sive intestini intra intestinum susceptio non modo salva mesenterii connexione intelligitur: verum etiam ob istam ipsam connexionem maxime noxia est. Cum enim intestini pars proximam subit, simul annexi mesenterii portio subeat, necesse est.“

incommoda, ac tandem fere omnino evanescunt. vero aliquod intestinum in situ quodam praeterna retinetur, itaque, quominus perpetuo intestinum inc vel distendatur, prohiberi nequit, fere haecce app solent symptomata: digestio difficilis atque iniqua, pressio ventris post coenam, interdum usque ad gra mos increscens dolores; alvi excretio irregularis, non obstructio per plures dies; vomituritiones, ructus, vomitus intercurrentes. Quae vero volimina non se adsunt, imo adeo longae apparent intermissiones, omnes bene cedunt corporis functiones.

Volvulum re vera ortum esse, acutissimis grav misque significari solet ventris doloribus, qui spas intestinorum sese manifestant constrictionibus. Dolor, maximus sit in volvuli loco, tamen non semper eu tenet locum; non raro a vera morbi sede distans v mentissime dolet locus. — Per vices intestina sese stringentia vel convolventia manu sentiri possunt, vel d quidam in ventre percipitur locus, ubi major intestin pars accumulata est. Dolores, primum intermitte mox tantum paululum remittunt eorumque reditus cel sese excipiunt. Ventris integumenta valde solent sensibilia, acerbius autem fortiorem pressionem percipi quam leviorem tactum. Morbo incipiente semper structio [14] adest.

---

[14]) Morgagnius de sed. et caus. morb. T. II. Lib. III. p. 178. „Sed neque Hartmannus parum alte intrusum, idque locis intestinum deprehendit, neque ex iis omnibus aeque educendum, quin ibi exterius turgidulum et sanguinole tum oris etiam extracta, portione, manente vestigio lucu nec lumbricus deerat praelongus in iisdem tenuibus intes nulla tamen memorat volvuli indicia: imo alvum suum of

Neque unquam vomitus deest; primum quidem ructus ‹a›tque vomituritiones vomitus secuturos indicant; quae ‹v›omitu emittuntur, initio ex ventriculi contentis constant: ‹m›ox vero materiae emissae odore probant, jam intesti‹n›orum, vel tenium vel crassorum, prout differt morbi ‹s›edes, contenta esse admixta. Valvula Bauhini, adscen‹s›um contentorum ex intestinis crassis prohibens, supera‹t›ur: nam haec ita ab irruentibus materiebus, quae e colo ‹il›eum ingredi nituntur, urgeri potest, ut cedens et diducta ‹li›berum iis aditum relinquat, sicuti injectiones ope machinae ‹h›ydrostaticae in anum, ac ex ore prodeuntia ostendunt. In‹t›erdum valvulam ipsam rumpi et lacerari, docet *Hallerus* [15]).

Quod attinet pulsum, esse solet spasticus, parvus, ‹f›requens, duriusculus: sed neutiquam pathognomicum prae‹b›et signum, varius in variis morbi stadiis; respiratio anxia ‹e›st; corporis temperies omnino diminuta, saltem extremi‹t›ates frigidiusculae, frons frigido obtecta sudore; vultus

---

fecisse adnotat, nimirum quia non prorsus omnem viam susceptiones obstruxerant. Multo quoque longiorem, quippe ultra pedem geometricum, Jejuni intestini in proximam sui partem et illapsam et multum ibi coractatam, et compressam, et livido colore tetram invenit Jo. G. Widmannus post dolores quidem acerbissimos, et vomitus fere continuos, nectamen faecibus similium, neque cum alvi, quod ajat, suppressione, nempe quia illapsa ea portio, quamvis angusta, etiam tum pervia reperta est.“

[15]) Prim. lin. physiolog. p. 738.

*Dilatatio ilei et coli diducit valvulae Bauhini hiatum, ut intestinorum inferiorum faeces vomitu reddantur. Ex Hagenotto et Haenio Rat. med. T. II., p. 71 et 72. Hanc autem valvulam clysterum vi superari asserit Hallesius experiment. XXV., haemostat. n. 1. et 2., alibi (P. III., c. 2. p. 104) ex Haenio ipso constat, in vivis quoque superari, quod Swietenius etiam affirmat, ubi de hydroconstatere, sive de machina hydrostatica Martini, loquitur.

anxius, oculi ardentes; urina, saepius emissa, pa aquosa, nullum spargens odorem; nonnunquam tu parca, hypostatica, subfoetida.

Cap. III. DECURSUS ATQUE EXITU MORBI.

Celeriter solet decurrere morbus: vomitus vom iterum atque iterum sequitur: obstructio tolli non po dolores ventris permanent; mox quoque aegroti vires collapsae, facies decomposita, pallida, oculi lang Nonnullos per dies volvulo protracto, symptomata a rent, convolutas vel incarceratas intestinorum partes flammari designantia: pulsus, antea duriusculus magis spasticus, tunc fit debilis, parvus, frequentissimus; u parca, flammea vel sanguinolenta, foetida; venter v sensilis, meteorismo inflatus; sitis vehemens. Quae flammatio semper funestum habet exitum in gangraen nisi volvulus ipse ante tolli potuit. Dolores fere p cessantes, sitis ingens, intolerabilis, facies Hippocrat extremitates frigidae, tandem deliria extremum ad terminum manifestant.

Naturam eo sanationem afferre, ut incarcerata inte pars removeatur ejusque margines denuo coalescant, q Veteres opinabantur, omnino negandum est. Int susceptionem intestinorum eodem modo sanari po praeter multos alios *P. Frank* [16]) affirmat.

Cap. IV. DIAGNOSIS.

Aegrotus per alvum plane nihil reddere potest. domen dolet, praesertim circa umbilicum, tenditur,

---

[16]) P. Frank de curand. homin. morb. epit. T. VIII., p. 341.

mescit, inter initia cibi fastidium et nausea adsunt, einde vomitio, primum cibi potusque, tum quoque bilis iorumque humorum, demum putridarum, foetidarum faealiumque materierum inter summam anxietatem et crebra imi deliquia. Neque interdum ab his abest febris, enritis, singultus, convulsio, delirium et reliqua exitialia ymptomata, quibus atrocissimae colicae stipantur.

Morbus pro volvulo perperam haberi et confundi potest el cum hernia externa incarcerata, vel cum enteritide era, vel cum colica simplice, vel cum enterostenosi. 'e cum hernia confundas volvulum, accuratissime exores ventrem, loci dolentis rationem habens; hernia sa si invenitur, omnem tollet dubitationem. — Enteritis era saepissime esse solet exitus volvuli, et inter initia procedente morbo simillima est volvuli; sed in enteride pulsus est frequentissimus, parvus; venter valde nsilis, manum leviter tangentem non sustinens; dolor cerbissimus in variis ventris locis, pendens ab intestino flammato; excretio alvi nec semper, nec plane imedita; secundum *Piorry*[17]) in dodekadactylitide alvi xcreta crebra, mollia, fluida; magis grisea, foetida, ucosa, serosa, sanguinolenta, purulenta in inflammatione juni et ilei; in coloproctitide creberrime alvus dejicitur. 'enter est calidus, tenditur, intumescit; permagna sitis; rina parca, sanguinolenta, rubra, flammea; extremitates igidiusculae, vomitus plerumque viridis. Atrocissima olica interdum simillima volvuli praebet symptomata; ed aegrotus fortem ventris pressionem sine omni solet istinere dolore, neque tam calidus, neque extensus, sed

---

[7]) Specielle u. vergleich. Diagnostik u. Semiotik von Piorry.

potius contractus est venter; dolores per paroxysmos excipiunt. — Enterostenosis pedetentim oritur prog turque atque residuum esse solet inflammationis in norum, et acutae et chronicae, quae quidem exiit in sudationem lymphaticam et suppurationem [18]). Rete perfectae faecum voluminis diminutio paulatim cre antecedit.

Num vero intussusceptio intestinorum, an herni terna, utrum volvulus stricte sic dictus adsit, digno raro possumus, quippe quorum morborum symptomata nequaquam inter se differant, sed potius plane sint ea Qua in intestinorum parte volvulus locum teneat, et loris locus et vomitus quodammodo nos poterunt do Quo prius quidem vomitus sequitur cibum assumtum que quo magis vomitu ejecta sunt mucosa, lactis si vel biliosa, nondum foetida, eo sublimiorem esse v in intestinis sedem, summo suspicabimur jure. Quae mus *J. E. Wichmannus* [19]) quam accuratissime disqu docuitque. — Ani exploratio ope longi oleo illiti sp quam multi commendant, plerumque nullius est mon quum hac explorandi methodo iis tantum in casibus, bus volvulus nusquam, nisi in colo sinistro adest, al de morbi sede comperire [20]) queamus.

Cap. V. DE CAUSIS MORBI.

Volvuli causae valde variant; ut eas, quantum poterit, exponam, causas remotas discernam a

[18]) Schoenlein's Therapie u. Pathologie, T. I. p. 133.

[19]) J. E. Wichmann's Ideen zur Diagnostik. Zweite verb. A Hannov. 1800., p. 165.

[20]) Neumann, Krankheiten d. Menschen. Bd. III., p. 237.

xima. Ad causas remotas pertinent illae intestinalium, l secundum normam vel praeter naturam sibi adjacen-m, partium adhaesiones, jam supra commemoratae; vel amenta morbo exorta, intestina, tanquam filamentum, njungentia. Quae et adhaesiones et ligamenta semper nt residua cujusdam praeteritae inflammationis, et acutae chronicae, imperfectam nactae resolutionem, scilicet nversae in exfudationem lymphae plasticae. Quas eudo-formationes, vel anomalas productiones adesse, ante vita saepe nullo cognosci potest symptomate, nnunquam vero vel majores vel minores commovent ctionum turbationes, maxime digestionis alvique ex-tionis, ita ut illi aegroti de obstructione intercurrente, non de colicis conquerantur doloribus, qui incertis eunt intervallis. Nam motus peristalticus intestinorum, m intestina distendantur illis ligamentis vel adhaesio-us, turbatur ac saepissime retardatur; neque raro ab-mes oriuntur intestinorum motus, quibus spasmi mox erveniunt. Interdum illis adhaesionibus aperturae an-ares gignuntur, in quibus aliae intestinorum partes ent.

Quod attinet proximam causam, volvulus discerni et in volvulum spasticum, inflammatorium, mechani-a. Volvulus spasticus ex omnibus spasmi causis oriri est; periculosissimus vero est intestinorum spasmus, jam adest intestinorum aliqua adhaesio, vel ligamen-. Nulla frequentior causa creditur, quam convulsivi tus: quantum hi valeant, Peyeri monstrat experimen-, lacessitis non uno in loco viventis ranae intestinis. m confirmare videntur observationes cum Peyeri ipsius, praesertim Ruyschii. Ille enim in puellae ileo, in

quo susceptiones erant tres, lumbricos alicubi vidit velu conglomeratos; Ruyschius[21]) autem ipsam susceptam ile virilis portionem repletam vermibus circulari instar positi aliamque susceptionem ejusdem intestini verminosan ostendit ex puero. Intestina autem vermibus posse vehementer irritari, manifestum est. Imo Heisterus, cun in tenuibus duodecennis pueri intestinis duplicem invenisset, quod ad praxin notandum esse existimavit, praesertim si juniora tractemus individua, passionem iliacan e lumbricis quoque oriri posse. — Inflammatione quoqu volvulum fieri posse, inter omnes satis constat. Volvulus, ut ait Morgagnius[22]), vel ab hernia etiam exigua vel a susceptione eorum, sed dura, coarcttata et prorsu omnem viam praecludente, vel ab aliis causis occludentibus, vel vehementer stimulantibus repetitur.

Vario modo oriri potest volvulus mechanicus. Qu referri debet intestinorum incarceratio per laqueum praeter naturam productum, vel per ligamenta vel adhaesiones, nimius corporis nisus, labor, impetus, motus aliaeque causae. — *Meckelius*[23]) invenit apud mulierem volvulum in jejuno intestino inde a latere dextro regioni umbilicalis, quo totum ejus cavum obturabatur; mulie post lapsum ex alto, vomitu bilioso per tres dies vexata decesserat. Nonnumquam reperiuntur organorum in ventr intumescentia, vel tumores, vel excrescentiae, intestin ipsa prementes, coarctantes ac tali modo volvulum in ducentes. Excrescentiam singularem in crasso intestin

---

[21]) Sepulchr. schol. ad § 8. observat. 20.

[22]) Morgagni epistol. XXXIV. n. 35.

[23]) Meckel's Handbuch d. pathol. Anatom. B. II., p. 483.

genitam veramque hydatidem referentem, quae alvi dejectionem difficiliorem reddidit ac crebros vomitus commovit, legimus a Meckelio observatam.

Ruyschius[24]) inter causas refert intestinorum tenuum paralysin.

Cap. VI. PROGNOSIS.

Prognosin auguraturus praecipue morbi causas respicere debebis; volvulus spasticus, spasmo victo una dissipatur; nec non volvulus inflammatorius inflammatione superata, nisi in utroque, tam spasmo quam inflammatione, morbus ita est progressus, ut, causa ipsa sublata, volvulus supersit. Plenus discriminis omniumque periculosissimus mechanicus volvulus habendus est, quippe cujus causa plerumque neque cognosci neque superari queat. — Omnino volvuli incertus plane exitus est plenusque discriminis. Ubi jam male olentia, vel nigra, per os ejiciuntur, vel debilitas summa, oris foetor, pulsus exilis, convulsio, frigus, pallor, praesto sunt, mortem imminere scias. Exempla vero contraria *Garengeotius*[25]) et *Bonetus*[26]) referunt. Senes plerumque momento temporis necantur; inter vomendum enim suffocati saepe corruunt. — Gravi volvulo si supervenit excretio alvi, brevi mors exspectari debet, nam sphacelus adest[27]). Quod quoque metuendum est, si venter adhuc magis magisque intumescit, ac flatus frequentes exeunt[28]). Si super-

---

[24]) Van der Volk: dissertat. observ. varii argument. 1793.

[25]) Acad. de chirurg. T. I., p. 355.

[26]) Med. septent. T. I., Lib. III., sect. XV., cap. 29—32.

[27]) Felicius dei presagio medico, p. 164.

[28]) Baglivius in append. ad dysenter.

venerit urinae suppressio, stranguria, ventris inflatio, aut convulsiones, malum est lethale. Interdum extrinsecus apparent maculae rubrae aut lividae, quibus inflammationis transitum in intestinorum gangraenam significari credunt.

Cap. VII. DE CURATIONE MORBI.

Ante omnia causa, si qua cognoscitur, impugnanda et si fieri potest, removenda est. Ita volvulus inflammatorius eadem methodo, qua enteritis, curari debet; volvulus spasticus non nisi methodo antispasmodica dissipari poterit. Causa vero, si non cognoscitur, vel est ejusmodi, ut contra eam nihil, nisi frustra, agi possit, empirice motum peristalticum impeditum restituere tentamus, quocirca varia laudantur remedia:

1. REMEDIA INTERNA.

Omnia fere medicamenta per os ingesta male solent ferri ab aegroto; vomitus augetur, aut reducitur. Tamen horum remediorum usus praetermittendus non est.

Primum commemoro *purgantia*: non multum ab iis exspectari potest, quum obstructio plerumque spasmo adducatur, vel eum evocet. Irritatio ipsa facillime potest nocere, praesertim inflammationis periculum augere. Tantum si faeces induratae vel corpora aliena in aliquo intestinorum loco adsunt, purgantia aliquid valere censeo. Sed semper dentur leviora, eaque parciore saepius iteranda dosi, una cum antispasmodicis. Maxime laudatur Sal Anglicum (Unc. j in Aq. Unc. viij) cum Oleo Lini Unc. j, Gm. Mimos. Drachm. ij, Extract. Opii Gr. vj. — Neque minus commendantur Oleum Ricini, Amygdalarum, Papaveris, quae interdum alvi excretionem effecisse dicuntur, ubi omnia alia frustranea fuerant remedia. —

Lac sulfuris, Drachm. j saepius per diem repetita, cum pulv. cort. Chin. Scrup. j, et cremor. tart. Scrup. β, valde laudatur. Drastica ab aliis celebrata (resin. et rad. Jalap.; extr. Colocynth; Gum. Gutti; ol. Crotonis), ubi gravior est irritatio, nunquam indicata sunt; in pertinace autem obstructione, si omnia inflammationis desunt symptomata, usum possunt praebere. Potius tentare licet Hydrarg. muriat. mit., quod vero in glandulas agit salivales, nisi mox alvum solvit.

Huc quoque pertinet Mercurius vivus, ut remedium, quo saepissime in desperatissimis volvulis laxatam esse alvum celeberrimi et peritissimi viri asserunt. Remedium jam veteribus notum fuit medicis: sed per longum tempus traditum erat oblivioni, ex qua ante breve in lucem protraxit *Ill. Ebers*. Mercurium vivum pondere suo proprio ac fissilitate per locum constrictum irrumpere, atque ita obstructionem tollere, intelligimus. Cujus de quantitate propinanda veteres valde inter se discrepant; nam quum alii uncias multas sine ullo exhibeant metu, *Blanchninius* [29]) ita usum mercurii timet, ut drachm. dimid., vel scrup. quatuor tantum dari jubeat alternis horis. Quod remedium nonnunquam auxilium tulisse, experientia docet. Praeter complures jam veteriores prosperi eventus observationes, multos casus, in quibus usum praebuit Hydrargyrum vivum, *Ebers* proponit; historiam hoc remedio volvuli sanati ab *Hufelandio* [30]) narratam invenies. In nosocomio nostro caritatis egomet ipse observavi, obstructionem, quae jam per octo dies

---

[29]) Lett. V. intorno alle febbr. malig. d. 240.
[30]) Hufeland's Journal 1832, Mai, p. 134.

duraverat, cujusque causa posita erat in ileo-spasmo, ex colica saturnina residuo, mercurii vivi unciis octo semel adhibitis, post duodecim circiter horas esse sublatam. — Satis saepe vero per tubum intestinorum descendit, neque ileum, neque obstructionem tollens; imo intestina Mercurio premente rupta esse, auctores asserunt. Itaque non desunt, qui ejus applicationem nequaquam comprobent, ac praeterea, ne mercurius ptyalismum, paralisin aliaque detrimenta commoveat, metuant, eum nimirum intus oxydari putantes [31]).

Nonnulli simili quoque modo globulos plumbeos devorari jubent, quorum uncias sex vel octo, semel assumtas, faeces induratas, aut intestinorum volvulos, pondere suo resolvere censent [32]).

Antispasmodica plerumque summum praebent commodum. Omnium efficacissimum remedium Opium est saepissime, jam fortissimis frustra datis purgantibus, Opium alvi excretionem adducit. Quod attinet applicationem varia Opii praeparata discrimen effectus non sistunt; remedii vero minimum, quod fieri potest, volumen esse debet. Optime conjungi potest Opium cum aromaticis. Eodem jure spem in Belladonna collocare poteris; a multis praeterea laudantur castoreum, valeriana, acidum hydrocyanicum, oleum Terebinthinae, Asa foetida, de quibus omnibus vero varie judicatur.

Volvulo incipiente magnam aquae frigidae copiam iterum atque iterum ingestam intestina ita debilitare et opprimere, ut et vomitus et spasmus desinant, ne

---

[31]) Richter's specielle Therapie, B. II., p. 279.
[32]) Ploucquet's initia bibl. med. pract. Tuebing. Tom. V.

non alvi sequatur solutio, nonnulli asserunt[33]. Vel quoque nivis aut glaciei particulas, forsan cum cort. chinae opiique dosi apta conjunctas, devorari, tanquam remedia in desperatissimo auxilium afferentia casu, nonnulli[34] suadent.

Sed primum in volvulo curando tenent locum clysmata, quorum effectus semper est certior, quam remediorum per os propinatorum. Saepissime ad clysmata sola recurrendum est, si per os applicata statim vomitu redduntur. Antispasmodica ad clysma esse solent efficacissima. Ita laudantur Asa foetida (Drachm. ij in emulsione cum infus. flor. chamomill.), folia Belladonn. (Scrup. j usque ad Scrup. ij ad colat Unc. iv); alii autem dosin usque ad Drachm. ij augere audent[35], folia Nicotianae rusticae (Drachm. j usque ad Drachm. ij ad colat Unc. iv); cujus infusi effectus firmari potest tincturae Nicotianae apta dosi. Nicotianam quam maxime intestinorum vitalitatem eorumque motum peristalticum incitare, longa docuit experientia. — Quoque drastica in usum vocantur, praesertim Gratiola (decoct. ex Drachm. β ad colatur Unc. iv). Alii commendant solutionem tartar. stibiat. (Gr. viij, vel Scrup. β in Aq. et acet. ana Unc. ij); decoct. rad. Ipecacuanh. (Drachm. iβ ad colat Unc. iv) *Richterus*[36] impense laudat. — Aqua frigida per anum injecta interdum optime profuisse asseritur[37]. Nec desunt, qui aërem magna vi per follem immittendum in intestina suadeant, ut eorum implicatio-

---

[33]) C. A. W. Berend's Handb. der prakt. Arzneiwissenschaft, nach dessen Vorles. bearb. v. Sundelin. Bd. VIII.

[34]) Diction. des scienc. med. Tom. XXIII., p. 541.

[35]) Neumann's Krankheit d. Mensch. T. III., p. 238.

[36]) Richter's specielle Therapie, B. II., p. 279.

[37]) Montfalcon, dict. des scienc. medic. 1818, B. XXIII.

nes aut indigitationes removeantur. *Hazonius* [38]) volvulum sanavit machina propria *(hydroconstaterium)* ei simili, qua ad incendia exstinguenda utimur, dum aqua lente et paulatim in anum injiciebatur.

2. REMEDIA EXTERNA.

Salutaria sunt balnea ac per omnem morbi decursum indicata. Quod ad constituentes balnei partes, non interest; maxime probantur balnea tepida, quorum temperies triginta ad triginta et duos gradus scal. Réaum. aequat. Alii vero, balnea frigida maximum praebuisse usum, affirmant. Dein sunt, qui frigus contra morbum applicari suadeant, ita ut extremitates inferiores aegroti aqua frigida perfundi, epithemata frigida ventri admoveri, ipsam nivem glaciemque adhiberi, vel denique aetherem sulfuricum, cujus evaporatione multum frigoris gignitur, ventri iterum atque iterum instillari jubeant.

Cataplasmata calida adhuc memoranda sunt; e variis componi solent speciebus, quibus quaedam narcotica, ut Herb. Belladonnae, Cicutae, Hyoscyam. cet., admiscentur. Incitamenta externa, tanquam derivantia, interdum multum prodesse, credo; sic quoque vesicatoria vel sinapismi ventri imponi solent; vel, si mavis, linimenta irritantia, quibuscum et narcotica et antispasmodica bene conjungi queunt, saepe magno cum fructu infricabis. Nec desunt, qui aegroto usque ad syncopen sanguinem detrahant [39]), qua methodo spasmus solvi debeat.

Sydenhamus [40]) catulum vivum nudo ventri semper jubebat accumbere per biduum vel triduum, donec ileus cesserit.

---

[38]) Vandermond. Tom. IV., janvier 1756, p. 110.

[39]) Journ. général de medic. T. XVII.

[40]) Stoll's ratio medendi.

In omni vero curatione per morbi decursum facillime enteritidem oriri, mediteris; quo in casu multa supra dicta remedia nocent, et potius antiphtogistica methodus, praesertim sanguinis et localis et universalis detractio debet adhiberi. Simulac, febri crescente, venter non sine doloris sensu tangi potest, si dolor fit fixus, pungens, uno loco limitatus, statim hirudines applicandae sunt, atque, si opus est, venaesectio instituenda.

Sin vero nullo modo obstructio superari potuit, si omnia cetera remedia neque morbum sanare, neque aegroti conditionem meliorem reddere valuerunt, tum, ubi certa morbi causa, quae tolli nequeat, ignoratur, *Laparotomia* proponitur. Laparotomiam, *Caelio Aureliano* [41]) testante, *Praxagoras* ad volvulum removendum primus instituit. Quae operatio, num omnino institui queat, ac quo morbi tempore institui debeat, medici valde inter se dissentiunt. *D. Hevinus* [42]) Laparotomiam rejicit, 1) quia incerta est morbi causa et dignosci haud potest certis signis, quae communia esse solent aliis causis passionis iliacae; 2) quia causae multiplices sunt et indigitatio minus frequens causa; 3) quia operatio periculo plena est et saepe inutilis erit; 4) quia locus determinari non potest, ubi causa mali existat. — Quum difficillima sit diagnosis, ita ut raro, quo in loco quaerendus sit volvulus, cognosci possit, et quum non facile prius ad operationem progredi debeas, quam omnia cetera remedia nullum habuerint effectum, itaque adhaesiones et inflammationes jam sint

---

[41]) Le Clerc et Caldami, mem. di Fisica. Tom. XVI., Part. II., Verona 1813.

[42]) Mém. de l'acad. roy. de chirurg. T. XI., p. 315.

exortae, nonnisi raro Laparotomiam aliquid effecturam esse, persuasum habemus. — Corpore duro aut solido devorato, vel intestinorum aliquo vulnere sanato, si dolor oritur in certo loco, deinde ileus nascitur, prae omnibus quam maxime indicata erit Laparotomia. —

Cap. VIII. HISTORIA MORBI.

S. M., mulier annorum viginti octo, matre sana, quae sexagesimum octavum annum agens adhuc satis bene valet, patre autem, diuturno atque cachectico morbo jam ante multos annos defuncto, edita. Quod ad ejus consanguineos, frater tantum natu maximus et soror vivunt, qui nunquam morbis gravioribus laborarunt, et firmo corporis habitu utuntur. Puerili aetate, quod meminit, semper bona gavisa est valetudine, si morbos infantiles eximis, qui vero benignae fuerunt indolis, neque ullam noxiam reliquerunt sequelam. Anno decimo septimo aetatis primum catamenia fluxere, ex quo tempore regularia fuerunt; quaternis hebdomadibus apparentia, vix minimis unquam ortis molestiis ternos vel quaternos manabant dies. Anno aetatis vigesimo secundo viro nupsit; anno praeterito concepit et puerulum edidit partu satis difficili; duobus circiter elapsis annis secundum partu edidit infantem; qui partus, nec non duobus denuo interpositis annis tertius, multo erat, quam primus, facilior. Infans numero secundus anno vitae tertio hydrocephalo acuto periit; reliqui vero satis bona gaudent valetudine, quamquam eorum constitutio est debilis atque infirma. Mulier ipsa quartum concepit, graviditas ad mensem tertium processit; valetudo omnino erat bona, si ab eo discedis, quod nonnunquam de cephalaea, odontalgia, levibusque conquerebatur gastricis mole-

stiis, ut fieri solet in omni fere graviditate. Constitutio non debilis quidem, tamen haud robusta nominari potuit: corpore procero insignis mulier habebat pectus satis planum, collum longum, musculos tenues, non bene excultos; certi morbi seminia sese non manifestarunt.

Tertio die mensis Aprilis mulier de permagno ventris conquerebatur dolore, vicissem valde ingravescente ac desinente, longa enim apparuerunt intervalla, omni libera dolore. Ventrem inquirens, neque superficiali tactu neque forti pressione dolorem augeri animadverti. Caput erat liberum ab omni affectione, mens nihil alienata, sed aliqanto depressa, sensuum functiones non turbatae; cibos non appetebat aegrota, potius de vapido conquesta est sapore, fastidiosisque cruciabatur ructibus, imo vomiturionibus; halitus oris male putrideque olebat; lingua albo tecta muco, ejusque margines atque apex aliquanto rubefacti, omnino autem humidi; sitis permagna; maxime frigidi atque aciduli cupida fuit potus aegrota. Pectoris organa sana esse et libera, aequalis, tranquilla respiratio, et disquisitio physica, qua aliquid anomali invenire non potui, me docuerunt; modo dolore ingravescente parvae oriebantur respirandi molestiae. Venter nondum erat tensus, sed potius paululum retractus, ejus temperies neutiquam aucta; percussio, quam institui, in sinistro hypochondrio paulo acutiorem edidit sonorem; alvus intra triginta sex horas non deposita erat; urinae majorem, quam alias mittere solebat, copiam secernebat; precipue in unaquaque intermissione post exacerbationem finitam vehemens accessit urinam mittendi desiderium; lotii color erat purus, pellucidus; pulsum in exacerbatione inveni duriusculum, modice plenum et magnum, nonaginta ictus exhi-

bentem, in intermissione plane normalem. Sub vesperam, morbi exacerbatione finita aegrota vomere incepit et quotiescunque vomitio desierat, melior reddi videbatur conditio. Quae vomitu emittebantur, initio maximam partem ex ciborum residuis constabant, deinceps vero magna mucosarum materiarum apparuit copia. Eodem tempore durior factus est et frequentior pulsus; idem manebat modice magnus; in exacerbatione nonnunquam sentiri potuit intermittens, ita ut duodevicesimus circiter desideraretur ictus. Quod attinet vires, aegrota valde debilitata erat.— Facies magis minusve collapsa, oculi obscurati, summa aegrotae animum occupavit desperatio, lacrymae manabant, nocte somnum non afferente. Exacerbationes multo saepius apparebant, multo breviores fiebant intermissiones, dolorum vehementia augebatur. Quo tempore aegrota sumsit:

℞. Olei Ricini Unc. j.
Pulv. Gumm. Mimos. q. s.
ut f. c. Aq. Ckamomill. Unc. v.
emulsio, cui adde
Magnes. sulfur. Unc. j.
syrup. cort. Aurant. Unc. j.
solvendo M. D. S. Singulis horis cochl. majus unum vel duo sumantur.

Una ex infuso flor. Chamomill. parata clysmata applicabantur; venter cataplasmatibus calidis tegebatur.

Postero die omnia symptomata, et quod ad intensitatem et quod ad frequentiam, increscebant; alvus eo usque deponi non potuerat; dolores paulo fiebant vehementiores ac celerius sese excipiebant; sapor, antea vapidus, fere putridus evasit; lingua paululum incepit siccescere;

vomitio crebrior, et quae vomitu emittebantur, antea mucosa, nunc biliosa, viridia, amara erant. — Quo die aegrota accepit ex oleo Terebinthinae emulsionem; ad clysma constituendum Asa foetida in emulsionem redacta usi sumus; cataplasmatum ad ventrem applicatio continuabatur. —

Septimo die m. Aprilis. Omnia huc usque propinata medicamina nullum praestiterant effectum, aegrota sumsit:

℞. Hydrarg. muriat. mit. Gr. v.
Pulv. rad. Rhei Gr. iv.
— Hb. Belladonn. Gr. j.
M. f. pulv. dent. des. Nr. vj.
S. Quinis horis pulv. unus sumatur.

Quae vero, sicut cetera remedia neque dolores mitigare, neque alvi depositionem adducere, neque vomitum potuerunt sedare, venter magis magisque intumescere, tendique incipit, meteorismus excolitur; vomitiones permanent, halitus oris fit foetidus, et quae vomitu emittuntur, foetidum spargunt odorem ileumque perfectum indicant. Morbi intermissiones fere omnino desunt, extremitatum temperies valde diminuitur, cutis arida, facies collapsa; urina parca, turbida, subfoetida; mens non alienata quidem, sed aegra inquieta redditur; anxietas summa omnem arcet somnum.

Per biduum sequens aegrotae conditio eadem fere manet; omnia, quae contra morbum tentabantur, frustranea erant; et vomitus et obstructio alvi perdurant; sub vesperam aegra deliriis murmurantibus incipit agitari; venter quam maxime tenditur.

Nono denique morbi die dolor subito desinit, omniaque mali symtomata, antea tam vehementia cedunt. Aegrota

quieta facta, mentis compos est; sitis ardentissima extingui non potest; corporis, maxime extremitatum, temperies diminuitur; facies exquisite Hippocratica; frons frigido tecta sudore; pulsus frequentior, quam qui numerari possit, parvus; quae omnia, mortem imminere, nos satis certos reddiderunt; paulo post singultus apparuit et una adhuc praeterita hora, aegrota morte defuncta est.

Cap. IX. QUAE SECTIONE INVENTA SINT.

Horis quatuor et viginti post mortem elapsis, sectio instituta ac primum cavum abdominis apertum est. Abdominis integumentis dissectis, gravis, teter, malus odor emergebat: in cavo organa adhuc tepida sensimus. In ventriculum tantummodo parvam foetidi fluidi copiam reperimus, ejusque membranas admodum relaxatas, molles, modico sanguine injectas. Intestina quam maxime tensa fuerunt et multum aëris continuerunt; quibus acu passim vulneratis, pestilens aër erupit. — Intestina crassa secundum normam posita fuerunt, neque eorum intus susceptio, neque convolutio cerni potuit; ipsa erant aëre extensa, membranae vero sanam ostenderunt conditionem, neque sanguine erant injectae, neque praegressae cujusvis inflammationis signum praebebant. In dextra iliaca regione, infra colon adscendens, intestinorum portionem convolutam vidimus; magnitudine duorum pugnorum glomus fuit; intestinorum volumen minus quam ceterorum conspectum est. — Quod glomus accuratius disquirentes, inferiorem ilei partem prope usque ad intestinum coecum esse vidimus. — Convolutionem, quin ut intestina discinderentur, evolvi non posse videbatur, tandem vero, cautissime pedetentimque intestinum trahendo, prospere eam expedire po-

timus. Duo circiter inferioris ilei partis pedes, prope usque ad valvulum Bauhini, incarcerati fuerunt, dum quoddam, quatuor pollices longum ligamentum, ab una ad alteram ilei partem descendens, aperturam, per quam ilei supra dicta portio prolapsa erat, constituit. — Intestini incarcerati membranae, quas non nisi fortiter trahendo discindere posses, adhuc satis solidae, ac non multo, quam ceterorum intestinorum molliores et laxiores fuerunt; eorum color fuscus, inter viridem nigrumque tenens medium; intus nulla contenta; permeabilitas plane impedita. Ligamentum, non crassius quam anserina penna, satis facile discindi potuit. — Post incarcerationem jacentia intestina, maximeque coecum, admodum extensa, inflata, dilatata invenimus. Peritonaeum plane sanum apparuit, et nusquam in cavo abdominis quoddam fluidum exsudatum. Vesica urinaria ad dimidiam partem foetida repleta erat urina; vesicula fellea maximam partem vacua est reperta; cetera viscera abdominis sana; in liene satis multum sanguinis accumulatum; uterus normalem trimestrem continuit embryonem. Cavitas thoracis plane normalis, pulmones sani inventi sunt; pericardium paulo majorem, quam quae vulgo invenitur, liquoris copiam continuit. In cranio cerebrum bonum sanumque, vasa sanguine modice repleta, nusquam vero exsudatum invenimus. —

Cap. X. EPICRISIS.

Ligamentum, quod intestini constrictionem effecerat, inflammationis, quae jam diu fortasse antea existerat atque exitum in exsudationem illam lymphaticam ceperat, est residuum. Inflammationem adfuisse, quanquam aegrota non meminerat, tamen persuasum habemus, atque eo ma-

gis ad hanc abimus sententiam, quod primus satis gravis partus tanquam morbus fuisse videtur, quo ejusmodi inflammatio facile fieri potuerat. Intestina, quae nunc incarcerata sunt reperta, jam diu ante morbum declaratum in apertura sic formata sedem habuisse, quamvis nulla inde exorta essent incommoda vel detrimenta, quum quidem et sanguinis circuitus, et contentorum transitus nequaquam essent impediti — sicuti non raro permagnae intestinorum partes, cum hernia externa prolapsae, ac fere nullum provocantes incommodum reperiuntur — summo jure credimus. Proxima vero incarcerationis et convolutionis causa haud dubie in spasmo ponenda est et nonnisi ultimis morbi diebus inflammatio exstitit, cujus quidem exitus in gangraenam vitari non potuit. Quum vero et morbi causis, et ipso spasmo finitis intestini portio illa prolapsa reverti atque expediri neutiquam posset, nulla salutis restituendae via patuit, nisi forte laparotomia, tempestive instituta, auxilium attulisset. Sed quibus indiciis morbi et speciem et sedem illis primis diebus, quibus salus operatione afferri potuisset, perspicere licebat?

VITA.

Natus sum ego *Joannes Fridericus Ewaldus Wolff* die XIX. m. Decembr. a. MDCCCXV, Dracomontii, Silesiae ppidulo, patre *Godofredo Wolff*, matre *Carolina*, e gente *aueriana;* quos ambos fatis superstites adhuc veneror. — onfessioni evangelicae addictus sum. Primis literarum ementis imbutus, postquam per annos aliquot institutum in tria urbe tum florens frequentaveram, anno MDCCCXXIX . Elisabethae gymnasio Wratislaviensi tradebar, cui clas *Reiche* director praeest. — Annis sex elapsis, testinium maturitatis nactus, anno MDCCCXXXV numero vium universitatis Viadrinae Wratislaviensis a rectore agn. illustri *Ritter* adscriptus, in facultatem medicam ab ustri *Henschel*, decano, sum receptus. Per biennium sce interfui praelectionibus:

Ill. *Braniss* logicen et psychologiam me docuit.

Cel. *Glocker* mineralogiam generalem et specialem.

Cel. *Goeppert* botanicen officinalem et materiam mecam et artem formulas medicas concinnandi. Eundem excursionibus botanicis comitatus sum.

Ill. *Gravenhorst* de zoologia, et zoologia medica, et tozoologia disserentem audivi.

Ill. *Henschel* de encyclopaedia medica et de historia dica, et de pathologia generali.

Ill. *Rohowsky* prima philosophiae elementa me docuit

Ill. *Pohl* physices hodiernae systema mihi exposuit et perimentis perfectissimis illustravit. Idem vir de calore luce, tum praecipue de phaenomenis electro-magneti et magnetico-electricis disseruit.

Ill. *Fischer* de chemia theoretica, practica, pharma-ceutica, de reagentibus atque analysi aquarum medicata-rum disserentem audivi.

Ill. *Frankenheim* geographiam physicam me docuit.

Ill. *Purkinje* physiologiam theoreticam, experimenti egregie illustratam, morbosque psychicos mihi enucleavit.

Ill. *Benedict* de chirurgia generali et speciali, de fasciis rite applicandis, nec non de instrumentis chirurgi-cis disserentem audivi; atque in exercitationibus, quae operationes in cadaveribus instituendas spectant, habu ducem.

Ill. *Otto* anatomen corporis humani et anatomen com-paratam, historiam foetus, egregie mihi demonstravit, ne-que minus in exercitationibus anatomico-practicis dux mi fuit humanissimus.

Ill. *Barkow* osteologiam et syndesmologiam mihi ex-posuit.

Ill. *Nees ab Esenbeck* botanicen generalem me docuit

Post annos duos Wratislaviam reliqui et hanc alma Berolinensem Fridericam Guilelmam petii literarum acade-miam, cujus civibus me adscripsit rector Ill. *Boeckh*, in medicam facultatem me accepit decanus Ill. *Wagne*

Quibus hic interfui collegiis, haecce sunt.

Ill. *Schulz* materiam medicam, experimentis egreg illustratam, me docuit.

Ill. *Mueller* et Ill. *Schlemm* in arte cadavera rite se-candi mihi duces fuerunt humanissimi.

Ill. *Wagner* pathologiam et therapiam specialem mi exposuit.

Exp. *Angelstein* in operationibus instituendis ophtha-miatricis dux mihi fuit.

Exp. *Troschel* in arte fascias rite applicandi me ex-ercuit.

Praeterea interfui clinico medico viri Cel. *Wolff* ter; ophthalmiatrico Ill. *Juengken;* policlinico chirurgico-medico Cel. *Truestedt* bis; clinico latino Ill. *Wagner*; clinico chirurgico et ophthalmiatrico Ill. *de Graefe.*

Hoc ipso semestri clinica Cel. *Wolff*, Cel. *Truestedt* et Ill. *Kluge* frequento.

Quibus omnibus viris illustrissimis, celeberrimis, experientissimis, summos nunc medicinae et chirurgiae honores, tentaminibus philosophico et medico, nec non examine rigoroso coram ordine medicorum gratioso superatis, adepturus, quas maximas habeo, gratias palam ago, eorumque discipulum me fuisse semper laetabor.

THESES DEFENDENDAE.

I. *Remediorum summum aqua.*

II. *In morbis acutis multo majoris est momenti venaesectio, quam in chronicis.*

III. *Ad corpus animale nutriendum materia adiposa utique opus est.*

IV. *Medicorum neque numerus neque systema in hominum mortalitatem influit.*

V. *Parotitis in febri nervosa orta non est critica.*

VI. *Non omnis inflammatio sanguinis detractione curanda est.*